

Ter f.
comes

8.

maritimus fuit de Orlamunde et de
Wymar, nomine Odam, genuitque ^{ex}
ea filium Dedonem iuniorem, qui in
puericia per proseriora conformis inter
^{+ f. ccliii d.} ruit. Genuit et duas filias ⁺, quarum
una Adelheidis nupsit Hermannō mar
chioni de Bavaria genuitque et Luyppoldum
marchionem. Altera filia Agnes nupsit
Frederico comiti palatino de Gosick et
de Som^{mers}chenburg peperitque ei tres
filios Adelbertum archiepiscopum Bee
mensē, Dedonem et Fredericum, comi
tes palatinos et fundatores Gosogensis
monasterii prope Salam, quod fundatum
et dedicatum fuit, ut supra scribitur,
anno m^o LIII, Symone marchione et Gerone
^{fratre} ~~fratre~~ eius, comitibus de Brene et de Wit
tin presentibus. De quo plene constat in
fundatione Gosogensis monasterii. Item
prefatus Fredericus genuit filiam Odam,
que nupsit Adelberto cuidam nobili dicto
Sencke^r de Som^{mers}chenburg genuitque
ex ea Fredericus comitem palatinum
iuniorem. Defuncto vero Ottone marchione
de Orlamunde et matre ipsius Oda, prefatus
Dedo marchio Lusacie viduam Ottonis, pri
vigni sui, accepit secundam ^{uxorem} uxorem. Et sic
nota casum, quod quis successore potest
habere de iure in matrimonium illius uxorem,
cuius prius habuit matrem vel sororem. Hic
Dedo marchio prius habuit Odam matrem
Ottonis, post recepit Adelheidem ipsius
viduam. Hec Adelheidis fuit nata de
^{+ f. ccliii a.} Brabantia ex castello, quod dicitur Levene⁺,
genuitque Dedo ex ea alios filios, patrum

a) seq. We del.

b) in marg. man. rec. Schenke del.

c) p. vigni c.